

## Daniel

**I**ncipit plogus sancti Hiero-  
nym in Daniele[m] p[ro]phetam.

425

eregione vigintiquinq[ue] milium primidi-  
arū vsq[ue] ad terminū orientalem: sed ⁊ a  
maris regione vigintiquinq[ue] milia vsq[ue]  
ad terminū maris similiter in partibus  
principis erit. Et erūt primitie sanctua-  
rii ⁊ sanctuarii templi in medio ei[us]. De  
possessione autē leuitarū et possessione ci-  
uitatis in medio p[ar]tium principis: erit in  
terminū iuda ⁊ in terminū beniamin: et  
ad p[ar]te[m] p[ri]nebit. Et reliquis tribu-  
bus erūt tales portiones. A plaga orien-  
tali vsq[ue] ad plagam occidentalem: benia-  
min vna. Et contra terminū beniamin  
a plaga orientali vsq[ue] ad plagam occide-  
ntalem: symeon vna. Et sup[er] terminū sy-  
meonis a plaga orientali vsq[ue] ad plagam  
occidentalem: ysachar vna. Et sup[er] termi-  
nū ysachar a plaga orientali vsq[ue] ad pla-  
gam occidentalem: zabulon vna. Et su-  
per terminū zabulon a plaga orientali  
vsq[ue] ad plagam maris: gad vna. Et sup[er]  
terminū gad ad plagam austri in meri-  
diem: ⁊ erit finis de thamar vsq[ue] ad aq[ue]-  
contradictionis cades: hereditas contra  
mare magnū. Decessit terra quaz mitte-  
tis in sortem tribubus israel ⁊ hec partiti-  
ones earū: ait dominus de[us]. Et hi egres-  
sus ciuitatis. A plaga septentrionali quin-  
gentos ⁊ quattuor milia mensurabis: et  
porte ciuitatis omnib[us] tribubus israel.  
Porte tres a septentrione. Porta ruben  
vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et  
ad plagam orientalem quingentos ⁊ qu[atuor]  
milia. Et porte tres. Porta ioseph  
vna: porta beniamin vna: porta dan vna.  
Et ad plagam meridianā quingentos et  
quattuor milia: metieris. Et porte tres.  
Porta symeonis vna: porta ysachar vna  
porta zabulon vna. Et ad plagam occide-  
ntalem quingentos ⁊ qu[atuor] milia. Et por-  
te tres. Porta gad vna: porta aser vna:  
porta neptalim vna. Per circuitū decē  
⁊ octo milia. Et nomen ciuitatis ex illa  
die: dominus ibidem. Amen.

**E**xPLICIT ezechiel p[ro]pheta.

**D**anielem p[ro]phetā  
iuxta septuaginta i-  
terpretel d[omi]ni salua-  
toris ecclesie nō le-  
gunt vtentes theo-  
donionis editione:  
et hoc cur acciderit  
nescio. Sive enim q[ui] sermo chaldaicus  
est: ⁊ quibusdā p[ro]prietabo a nostro elo-  
quio discrepat: noluerūt septuaginta in-  
terpretes eadem lingue lineas in trans-  
latione seruire: sive sub nomine eorū ab  
alio nescio quo nō satis chaldeam lin-  
guaz sciēte creditus est liber: sive aliud  
quid cause extiterit ignorans: hoc vnum  
affirmare possum: q[uo]d multū a veritate  
discordet ⁊ recto iudicio repudiat[ur] sit  
Sciendum quippe danielē maxime ⁊  
esdrā hebraicis quidē litteris: sed chal-  
deo sermone conscriptos: ⁊ vnam hiero-  
mie p[ro]p[ri]etate: iob quoq[ue] cum arabica lin-  
gua plurimā habere societate[m]. Deniq[ue]  
⁊ ego adolescētulus post quīnlani ⁊ nul-  
lū lectionem ac flores p[ro]pheticos cū me  
in lingue huius p[ro]fundiū reclusissem: et  
multo sūdore multoq[ue] t[em]p[or]e vix cepissem  
anxiantia stridentiaq[ue] verba resonare:  
⁊ quasi p[er] cryptam ambulans: rariū desu-  
per lumen aspicerem: imp[er]i nonissime  
in danielē: ⁊ tanto tedio affectus sum  
vt desperatione subita omnē laborem ve-  
terem voluerim contemere. Ceterū ad-  
hortante me quodā hebreo: ⁊ illud mihi  
crebrius sua lingua ingerente: labor im-  
probus omnia vincit: qui mihi videbar  
sciōlus inter eos cepi rursus discipulus  
esse chaldaic[us]. Et vt verū fatear vsq[ue] ad  
presentem diem magis possum sermone[m]  
chaldaicum legere ⁊ intelligere q[uam] sona-  
re. Nec idcirco refero vt difficultatē vo-  
bis danielis ostenderē: qui apud hebre-  
os nec susanne habet historā: nec h[er]m[an]-  
-q.